20 Contra primum corruptivum intrinsecum, quod est deperditio  
humidi radicalis<sup>1</sup>, subventum fuisset homini per esum aliorum lignorum  
paradisi a ligno vitae; et hoc vel ad deperditi restorationem, si ibi fie-  
bat deperditio – secundum unam (f. 148<sup>rb</sup>) p o s i t i o n e m – vel  
5 saltem ad consumptionis vel deperditionis prohibitionem, quae fieri  
prohibebatur ex eo quod alimentum calori naturali corporis ministra-  
batur, sicut etiam nunc subvenitur nobis per cibos quos sumimus, (et  
hoc est quod dicit A u g u s t i n u s XIII *De civitate Dei* cap.  
20: "Alebantur igitur aliis quae sumebant, ne animalia corpora moles-  
10 tiae aliquid esuriendo ac sitiendo sentirent").

21 'Contra secundum corruptivum intrinsecum, quod est debilitatio  
virtutis naturalis conversivae<sup>2</sup>, subventum fuisset homini per fructum  
ligni vitae. Habebat enim virtutem fortificandi virtutem naturalem  
speciei contra debilitationem advenientem ex admixtione extranei<sup>3</sup>.  
15 Unde A u g u s t i n u s *De civitate Dei*, ubi supra, dicit: "De ligno  
autem vitae propterea gustabant, ne mors eis undecumque subreperet  
vel senectute confecta decursis temporum spatiis interirent"; et *Ad*

10 ac] aut F

16 subriperet F

17 temporum] temporis F

F

I – 7 Toma, *Sent.* II, d. 19 q. 1 a. 4 in corp. (ed. Parmen. VI.558b): "Contra hunc defectum  
[scil. contra naturalem consumptionem humidi radicalis] subveniebatur sibi... per esum aliorum  
lignorum paradisi (per quem) restaurabatur continua deperditio facta in corpore, sicut etiam in  
nobis fit per cibos quibus utimur"; *De malo* q. 5 a. 5 in corp. (ed. Leon. XXIII, 142a): "Deus, qui  
est hominis institutor, hanc necessitatem materiae [scil. corruptionis] sua omnipotentia potuit  
prohibere ne in actum prodiret"; *Summa theol.* Lq. 97 a. 1 in corp. (V 431ab): "Aliquid potest  
dici incorruptibile tripliciter: uno modo, ex parte materiae...; alio modo... ex parte formae, quia  
scilicet rei corruptibili per naturam, inhaeret aliqua dispositio per quam totaliter a corruptione  
prohibetur...; tertio modo dicitur aliquid incorruptibile ex parte causae efficientis. Et hoc modo  
homo in statu innocentiae fuisset incorruptibilis et immortalis"; a. 4 (str. 434a): "Contra hunc de-  
fectum subveniebatur homini per esum aliorum lignorum paradisi, sicut nunc subvenitur nobis  
per cibos quos sumimus".

8 – 10 Augustin, *De civ. Dei* XIII, c. 20 (CCL 48, 403; PL 41, 394).

15 – 17 Isti.

17 – str. 8, 3 Ps.–Augustin, *Dialogus quaestionum* 65 q. 19 (PL 40, 739).

T

<sup>1</sup> Usp. prijē str. 4, 6–8s.

<sup>2</sup> Usp. prijē str. 4, 14–15.

<sup>3</sup> Usp. Toma, *Summa theol.* Lq. 97 a. 4 in corp. (ed. Leon. V, 434b): "Contra hunc defectum  
subveniebatur homini per lignum vitae: habebat enim virtutem fortificandi virtutem speciei  
contra debilitatem provenientem ex admixtione extranei"; *Sent.* II, d. 19 q. 1 a. 4 in corp. (ed.  
Parmen. VI.558b).

*Orosium* quaest. 19, dicit sic: "Animale corpus habuit Adam, sed ne senesceret nec deficeret per illius ligni virtutem sustentabatur, quod in paradiso 'vitae' nomen acceperat".

22 Addunt autem hic a l i q u i quod data fuit aliqua virtus supernaturalis illi ligno vitae per quam potuit in talem effectum, occasionem accipientes ex illo dicto A u g u s t i n i VIII *Super Genesim* cap. 3 in fine: "Illud quoque addo, quamquam corporalem cibum, talem tamen illam arborem praestitisse, quo corpus hominis sanitate stabilli firmaretur, non sicut ex alio cibo, sed nonnulla inspiratione salubritatis occulta".

23 Est tamen ulterius notandum quod sumptio fructus illius ligni non debuit fuisse semel, sed frequenter. 'Nam sumptio una vel semel praeservasset virtutem naturalem conversivam usque ad certum tempus et determinatum, et tandem quando debuit fuisse translatum a statu illo ad statum gloriae, iussu vel instinctu divino, semel sumpsisset de ligno illo et tunc perfecte accepisset immortalitatem<sup>1</sup>, secundum A u g u s -

2 quod] qui F 13 virtutem om. F<sup>2</sup>

F

4 - 10 Rikard od Mediaville, *Sent.* II.d. 19 princ. 3 q. 1 in corp. (II, f. 80ra): "Tertia pars (illius beneficii Conditoris) - secundum aliquos - fuit aliqua supernaturalis virtus data ligno vitae, quod videtur sentire Augustinus VIII, super Genesim..."; usp. Bonav., *Sent.* II d. 19 a. 3 q. 1 in corp. (II 470a): "Data est virtus specialis cuidam ligno, quod dictum est 'lignum vitae', per cuius sumptionem repareretur humidum radicale. Et hoc quidem non fuit ex 'conditione naturae', sed ex 'beneficio Conditoris', sicut dicit Augustinus"; isti ad 6 (str. 471ab).

6 - 10 Augustin., *De Gen. ad litt.* VIIIc. 5 [n. 11] (CSEL 28<sup>1</sup>, 238-239; PL 34, 377).

12 - str. 9, 2 Auktoriteti koji se baziraju na Augustinu, *De Gen. ad litt.* III.c. 21 [n. 33] (CSEL 28<sup>1</sup>, 88; PL 34, 293) i na Ps.-Augustinu, *Quaestiones Vet. et Novi Test.* q. 19 (CSEL 50, 45-46; PL 35, 2227-2228), - zapravo su iz Bede Casnog, *In principium Gen.* I, 1, 29-30 (CCL 118A, 30; PL 91, 32): "Caro...Adae ante peccatum ita est immortalis creata, ut, adminiculis adiuta temporalis alimoniae, mortis expertis ac doloris existeret, donec corporalibus incrementis ad illam usque perductas aetatem quae Conditori placeret; tunc creata progenie multa huiusmodi iam, iubenta ipso, sumeret etiam de ligno vitae, ex quo perfecte immortalis effectus, sustentacula cibi corporalis ulterius nulla requireret"; *Expositio in I librum Mosis* c. 2 (PL 91, 205-206). - Izdavaci *Sententia Petra Lombarda* koji prenosi u svom djelu (II.d. 19 c. 6 et d. 29 c. 6) navedenu tradiciju, ovako o tome sude: "Hic indubitanter monstratur Magistrum numquam habuisset ante oculos suos opus Augustini in Genesim..." (Usp. P. Lombard, *Sent.* II.d. 19 c. 6 n. 1 [SB IV 425 u noti]).

T

<sup>1</sup> Usp. Toma, *Summa theol.* I.q. 97 a. 4 in corp. (ed. Leon. V 434b): "Virtus cuiuscumque corporis est finita. Unde non poterat virtus ligni vitae ad hoc se extendere ut daret corpori virtutem durandi tempore infinito, sed usque ad determinatum tempus... Unde cum virtus ligni vitae esset finita, semel sumptum praeservabat a corruptione usque ad determinatum tempus; quo finito, vel homo translatus fuisset ad spiritualem vitam, vel indignisset iterum sumere de ligno vitae"; takodjer *De malo* q. 5 a. 5 ad 9 (XXIII.143a).

t i n u m libro VI *Super Genesim* cap. 4 et libro VIII cap. 3, et etiam secundum *Glossam* super 1 cap. Gen.

[C. – DE ADIUTORIO CONTRA PECCATUM PRIMO HOMINI COLLATO]

24 Restat nunc tertio<sup>1</sup> videre cuiusmodi adiutorium sibi fuisset a  
5 Deo collatum contra peccatum seu suggestionem ad peccandum, quod  
est laesivum animae et introductivum corruptionis humanae, dicente  
A p o s t o l o ad Rom. 5: *Per unum hominem in hunc mundum pecca-*  
*tum intravit, et per peccatum mors.*

25 Ad hoc dicitur c o m m u n i t e r quod istud adiutorium fuit ali-  
10 quod donum Dei gratuitum, per quod saltem potuit vitasse omne pec-  
catum. Unde A u g u s t i n u s *De correptione et gratia*, post medium,  
dicit sic: "Si hoc adiutorium, scilicet divinum, vel homini vel angelo,  
cum primo facti sunt, defuisset, quoniam non talis natura facta fuerat ut  
15 sine divino adiutorio posset (f. 148va) manere si vellet, non utique sua  
cecidisset culpa, defuisset quippe adiutorium sine quo manere non  
posset". Haec A u g u s t i n u s.

26 De isto tamen adiutorio diversi diversimode sentiunt.

---

4 adnot. Tertius articulus F<sup>1</sup>      9 istud in corr. F<sup>1</sup>      12 hoc om. F<sup>+</sup>

F

7 - 8 Rim 5, 12.

9 - 11 Ovo je 'sententia communis' mnogih autora. Vidi na pr. P. Lombard, *Sent. II. d. 24 c. 1 n. 2-4* (SB IV 450-451); Bonav., *Sent. II. d. 24 pars 1 a. 1 q. 1 ad 1* (II.557b); d. 28 a. 1 q. 2 in corp. (str. 678b); q. 3 in corp. (680a); Toma, *Sent. II. d. 24 q. 1 a. 4 in corp. et ad 2* (ed. Parmen. VI.596b - 597a); *Summa theol. I-II. q. 109 a. 8 in corp.* (ed. Leon. VII.303a); Rikard od Mediaville, *Sent. II. d. 24 princ. 1 q. 1 in corp.* (II, f. 95va); Egidije Rimljanin (Aegidius Romanus), *Sent. II. d. 24 pars 1 q. 1 a. 4 in corp.* (II.253b - 254a).

11 - 16 Augustin, *De correptione et gratia* c. 11 n. 32 (PL 44, 935-936).

T

<sup>1</sup> Usp. prije na str. 3, 19-21.

[1. - *Opinio Thomae*]

- 27 Quidam enim volunt quod illud fuit gratia gratum faciens.  
Quorum ratio haec est: "Homo in statu innocentiae talem habuit recti-  
tudinem qua ratio subdebatur Deo, rationi vero vires inferiores et  
5 animae corpus; prima autem subiectio erat causa secundae et tertiae.  
Ista autem subiectio inferiorum virium ad rationem non erat naturalis,  
alioquin post peccatum mansisset, cum (etiam) in daemone data natu-  
ralia post peccatum permanserint, secundum Dionysium 4 cap.  
10 *De divinis nominibus*. Igitur illa prima subiectio, qua ratio subdebatur  
Deo, non erat secundum naturam, sed supernaturalis gratiae donum,  
effectus enim non potest esse potentior quam sua causa".
- 28 Istud confirmatur per Augustinum XIII *De civitate Dei*,  
ubi dicit quod "posteaquam praecepti facta fuit transgressio, confestim,  
15 gratia deserente divina, de corporum suorum nuditate confusi sunt".

[2. - *Opinio Bonaventurae ac propria*]

- 29 Alii dicunt quod illud adiutorium non oportet intelligi nisi (sic-  
ut) 'continuatio divinae influentiae', per quam conservaretur in primo  
homine "ab omni labe immunitas atque naturalium potentiarum animae  
20 sinceritas et vivacitas. Per hoc enim - ut dicunt - poterat evitare et re-  
pellere suggestionem diabolicam (saltem primam); nec indigebat ad

---

2 adnot. Thomae F<sup>1</sup>  
adnot. Bonaventura F<sup>1</sup>

3 haec] contra F<sup>+</sup>

7 mansisset] permanserunt F 16

F

2 - 14 Toma, *Summa theol.* I q. 95 a. 1 in corp. (ed. Leon. V 420b - 421a).

7 - 9 Ps.- Dionizije, *De div. nom.* c. 4 (Dionysiaca I, 271-282 verzija Saracene; PG 3, 723-726): "Sed neque daemones natura mali. Etenim, si natura mali, neque ex bono neque in existentibus, neque quidem ex bonis transmutatis essent natura et semper mali existentes... Non igitur mala est daemonum tribus secundum quod est secundum naturam, sed secundum quod non est... Et data ipsis angelica dona nequaquam ipsa mutata esse dicimus, sed sunt et integra et splendidissima, quamvis ipsi non vident, claudentes ipsorum boniinspectivas virtutes".

12 - 14 Augustin, *De civ. Dei* XIIIc. 13 (CCL 48, 395; PL 41, 386).

8 - str. 11, 2 Bonav., *Sent.* II. d. 24 pars 1 a. 1 q. 2 in corp. (II.557a), koji opet gotovo doslovno uzima od Aleksandra Hal., *Summa theol.* I-II. a. 506 in corp. (II.734b).



hoc apponi novam gratiam, cum respectu huiusmodi nulla fuit in eo difficultas". Et isti multum nituntur tertiae rationi ad principale<sup>1</sup>.

30 Praeterea, ponatur, ut prius<sup>2</sup>, quod homo stetisset per aliquod tempus in puris naturalibus. Quaero igitur: aut potuit, diabolo suadente, restitisse, aut non; si non – et 'nullus peccat in eo quod vitare non potest' secundum Augustinum *De vera religione* cap. 7 – igitur si existens in puris naturalibus consensisset tentationi diabolicae, non peccasset; si potuit restitisse, habeo propositum.

31 Praeterea, Anselmus *De libero arbitrio* cap. 3g: "Liberum arbitrium est potestas servandi rectitudinem propter ipsam rectitudinem"; sed liberum arbitrium est potentia naturalis; igitur etc.

32 Quid sit de facto, nescio. Sed breviter<sup>3</sup>, cum quaelibet creatura dependeat a Deo quantum ad totum id quod est, adeo quod impossibile est aliquam creaturam in esse conservari, nec per consequens in bonis naturalibus, nisi per mantenentiam sive influentiam continuam divinam, nec in homine fuit aliquid propellens ad peccandum, – non video quin primus homo per bona sua naturalia, cum ipsius Dei influentia, sine aliquo dono supernaturali gratum faciente superaddito, illa quae recipit in creatione potuit conservasse et primae tentationi diabolicae restitisse, hoc est non consensisse<sup>4</sup>; non tamen potuit in bono meritorio

#### F

5 – 6 Augustin, *De libero arb.* III.c. 18 n. 171 [n. 50] (CCL 29, 304; PL 32, 1295): "Quis enim peccat in eo quod nullo modo caveri potest?"; *Retract.* I c. 9 n. 3 (CCL 57, 26; PL 32, 596).

9 – 11 Anselmo, *De libertate arb.* c. 13 (ed. Schmitt I 225; PL 158, 505).

#### T

<sup>1</sup> tj. 'rationi' koju drži i sam autor. Usp. dalje n. 39.

<sup>2</sup> Usp. prije n. 7. – Argument uzima iz Bonav., *Sent.* II.d. 24 pars 1 a. 1 q. 2 arg. 2 (II 556a).

<sup>3</sup> Ovdje autor donosi ukratko vlastito rjesenje (soluciju) koje konvergira s pozicijama Tome, Bonaventure et Rikarda. – Cf. Toma, *Sent.* II.d. 23 q. 1 a. 1 in corp. (ed. Parmen. VI.585a); d. 24 q. 1 a. 4 ad 1 (str. 596b); d. 28 q. 1 a. 2 in corp. (str. 640b – 641a); Bonav., *Sent.* II.d. 24 pars 1 a. 1 q. 2 in corp. (II.557a); isti. ad 1 et ad 3 (str. 557b); Rikard od Mediaville, *Sent.* II.d. 24 princ. 1 q. 1 in corp. et ad 2 (II, f. 95va); d. 28 princ. 1 q. 1 in corp. (f. 116rb – va).

<sup>4</sup> Usp. Augustin, *Epist.* 186, ad Paulinum c. 11 n. 37 (CSEL 57, 77; PL 33, 830): "Natura enim humana, etiam si in illa integritate in qua condita est permaneret, nullo modo se ipsa Creatore suo non adiuvante servaret. Cum igitur sine Dei gratia salutem non posset custodire, quam accepit, quo modo sine Dei gratia potest reparare, quam perdidit".

profecisse. Potest tamen esse quod Deus, propter magnam suam liberalitatem, contulit (f. 148vb) ipsis primis parentibus ante lapsum aliquam gratiam gratum facientem, quam una cum aliis per inobedientiam amisit.

5 **33** Ex praedictis patet quod multa requirebantur ad immortalitatem innocentiae conservandam.

[3. – *Ad argumenta opinionis Thomae* ]

10 **34** Ad fundamentum praedictae opinionis<sup>1</sup>, per quod probant quod illa immortalitas non potuit conservari sine gratia gratum faciente<sup>2</sup>, per hoc quod 'subiectio virium inferiorum ad rationem non erat naturalis, et per consequens nec subiectio rationis ad ipsum Deum, sed supernaturalis', – dicendum quod istud assumptum non est verum; immo dico quod utraque subiectio fuit naturalis, hoc est per naturalia ei collata.

15 **35** Ad probationem, cum dicitur 'igitur post peccatum mansisset utraque subiectio<sup>3</sup>, dicendum est quod non oportet quod omnino maneat. Nam ipsa naturalia licet non fuerunt totaliter ablata vel mutata, fuerunt tamen infirmata, vulnerata, hoc est deteriorata per peccatum, et maxime a parte virium sensitivarum.

20 **36** Ad Augustinum XIII *De civitate Dei*, quando dicit quod "confestim, gratia deserente divina, de corporum suorum nuditate confusi sunt"<sup>4</sup>, potest dici quod per 'gratiam divinam' non intelligit 'gratiam gratum facientem', sed 'gratis datam', ipsam scilicet influentiam praedictam<sup>5</sup>; vel si per illam gratiam intelligat 'gratum facientem', dicendum quod illa fuit sibi collata ante peccatum<sup>6</sup>, non quod fuit om-

6 conservandam] observandam F\*  
mata in corr. (in ras.) F<sup>1</sup>

14 probationem] improbationem F

17 infirmata

T

<sup>1</sup> tj. 'opinionis Thomae' koju autor donosi prije na n. 27–28.

<sup>2</sup> Usp. Toma, *Summa theol.* I q. 97 a. 1 in corp et ad 3 (ed. Leon. V, 431b): "Non enim corpus eius erat indissolubile per aliquem immortalitatis vigorem in eo existentem, sed inerat animae vis quaedam supernaturaliter divinitus data. (...) Vis illa praeservandi corpus a corruptione, non erat animae humane naturalis, sed per donum gratiae".

<sup>3</sup> Usp. prije str. 10, 4 – 7.

<sup>4</sup> Usp. prije str.. 10, 13 – 14.

<sup>5</sup> Usp. prije n. 32, kao i na str. 10, 17, gdje citira Bonaventuru. Vidi takodjer Rikard od Mediaville, *Sent.* II-d. 24 princ. 1 q. 1 in corp. et ad 2 (II, f. 95va).

<sup>6</sup> Usp. Bonav., *Sent.* II-d. 29 a. 2 q. 1 in corp. (II 701a); Rikard od Mediaville, *Sent.* II-d. 29 princ. 1 q. 1 in corp. (II, f. 119ra).

nino necessaria ad conservationem illorum quae in creatione receperat, sed ad facilius vel virilius suggestioni diabolicae resistendum et ad omne peccatum vitandum et ad in bono meritorie proficiendum.

### [II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA UTRIVSQUE PARTIS]

5 **37** Ad primum principale, cum dicitur quod 'fructus ligni vitae fuit corruptibilis'<sup>1</sup>, et 'nihil agit ultra speciem suam'<sup>2</sup>, dicendum quod istud argumentum videtur procedere ex falsa imaginatione, quasi ex una assumptione<sup>3</sup> causaretur illa immortalitas, quod non est verum. Unde licet  
10 quilibet fructus singulariter acceptus fuisset corruptibilis, prolatio tamen seu geminatio fructuum fuisset successive perpetua; virtus igitur naturalis illius fructus frequenter accepti vel assumpti habuit praeservare virtutem naturalem conversivam a debilitatione et corruptione modo supradicto, hoc est quamdiu sumeretur tamdiu praeservaret. Vel, ut dictum est secundum opinionem<sup>4</sup>, quae videtur esse *A u g u s t i -*  
15 *n i*<sup>5</sup>, lignum illud non habuit perpetuitatem causare ex sua virtute naturali, sed potius ex speciali divina virtute assistente.

**38** Et per illud patet ad secundum<sup>6</sup>.

**39** Tertium autem argumentum<sup>7</sup>, quantum ad eius conclusionem, concedo, sicut patet ex praedictis<sup>8</sup>.

20 **40** Ad primum argumentum in oppositum, cum dicitur Gen. 2: *Ne forte mittat manum suam et sumat de ligno vitae et comedat, et vivat in aeternum*<sup>9</sup>, dicendum quod hoc non dicitur quia esus fructum ligni vi-

#### T

<sup>1</sup> Usp. prije str. 2, 12.

<sup>2</sup> Usp. prije str. 2, 11.

<sup>3</sup> Shvati: assumptione de fructu ligni vitae.

<sup>4</sup> tj. 'secundum opinionem' Rikarda od Mediaville koju autor citira prije na n. 22. – Usp. takodjer Bonav, *Sent.* II d. 19 a. 3 q. 2 ad 6 (II 471ab): "Quod lignum vitae talem effectum haberet, hoc speciale donum erat Dei".

<sup>5</sup> Vidi Augustin, *De Gen. ad litt.* VIII.c. 5 [n. 11] (CSEL 28<sup>1</sup>, 238–239; PL 34, 377), – tekst citiran prije na str. 8, 6–10.

<sup>6</sup> Usp. prije n. 6.

<sup>7</sup> Usp. prije n. 7.

<sup>8</sup> Shvati: 'ex praedictis' u 'ad argumenta', kao i na str. 11, u notama 3 et 4.

<sup>9</sup> Usp. prije n. 8.

tae fuisset tota causa immortalitatis, sed quia fuisset (f. 149ra) una de praecipuis.

41 Ad aliud, de iustitia originali et iniustitia<sup>1</sup>, dicendum quod, sicut videtur *M a g i s t e r* velle dist. 24 huius II, 'iustitia originalis est integritas liberi arbitrii cum sinceritate et vivacitate naturalium'<sup>2</sup>; unde iustitia originalis non videtur includere nisi vel rectitudinem naturalem inditam naturalibus vel saltem aliquod donum gratis datum, non autem gratum faciens.

42 Et quando dicitur quod iustitia originalis non solum vulneravit naturalia sed etiam spoliavit gratuita<sup>3</sup>, dico quod verum est, si tamen aliqua gratuita vel saltem gratum facientia infuerunt ante illam. Et eodem modo dico de iustitia originali, in qua si primus homo perstitisset, illa quae habuit non amisisset, immo multo plura recipisset.

---

T

<sup>1</sup> Usp. prijē n. 9.

<sup>2</sup> Usp. P. Lombard, *Sent.* II.d. 24 c. 2 (SB IV 452), -tekst citiran prijē na str.. 6 u noti 3.

<sup>3</sup> Usp. prijē str. 3, 5-7.

[DISTINCTIO  
VIGESIMA PRIMA  
QUAESTIO UNICA

UTRUM PRIMUM PECCATUM HOMINIS POTUIT ESSE VENIALE]

5 "Videns igitur diabolus hominem" etc.

1 Distinctio vigesima prima, in qua *M a g i s t e r*<sup>1</sup> principaliter agit de tentatoris malitia et de tentationis efficacia, de quibus videtur *M a g i s t e r* sufficienter in littera pertractasse. Circa tamen efficaciam tentationis quaeritur communiter utrum primum peccatum  
10 hominis potuit esse veniale.

2 Ad quam, secundum communiorem opinionem magistrorum, *r e s p o n d e t u r* quod non<sup>2</sup>.

---

6 *adnot.* Distinctio 21 F<sup>1</sup>

F

11-12 U ovom odgovoru, kao i u četiri argumenta koji slijede, Nottingham je koristio više raznih izvora. – Usp. Aleksandar Hal., *Summa theol.* II-II.n. 199 ad 2 (III.212b); Bonav., *Sent.* II d. 21 a. 3 q. 1 in corp. (II.505a); Matija od Aquasparte, *QQ. disp. de incarn.* q. 4 in corp. (BFS II<sup>2</sup> 81); Toma, *Sent.* II.d. 21 q. 2 a. 3 in corp. et ad 4 (ed. Parmen. VI.574b et 575a); *Summa theol.* I-II.q. 89 a. 3 in corp. et ad 3 (ed. Leon. VII.143b et 144b); *De malo* q. 7 a. 7 in corp. (XXIII.178ab); Rikard od Mediaville, *Sent.* II.d. 21 princ. 3 q. 1 in corp. (II, f. 86rab).

T

<sup>1</sup> Usp. P. Lombard, *Sent.* II.d. 21 (SB IV. 433-438).

<sup>2</sup> Usp. Rikard od Mediaville., *Sent.* II.d. 21 princ. 3 q. 1 in corp. (II, f. 86ra): "Respondeo quod, secundum opinionem communiorem, primi parentes non potuerunt primo venialiter peccare".

3 Cuius potissima ratio accipitur ex rectitudine iustitiae originalis, per quam inerat rationi plenitudo domini et potestatis super totam<sup>1</sup>; (et accipio hic 'rationem' prout includit voluntatem). Ex quo sequitur quod nulla poterat fuisse inordinatio in viribus inferioribus, stante originali  
5 iustitia, nisi per inordinationem rationis; omnis autem deordinatio rationis tollebat et privabat ordinem debitum pro tunc, et necessitatem animae ad dominium quod semper habere tenebatur; unde talis deordinatio necessario fuit mortalitatis<sup>2</sup>.

4 Praeterea, propter rectitudinem iustitiae originalis et perfectionem, inerat rationi facultas exsequendi libere et faciliter omnem actum iustitiae et evitandi omnem motum et actum iniustitiae<sup>3</sup>; sed ubi est magna facultas ad aliquod debitum faciendi et ad indebitum cavendi, iudicandus est magnus contemptus si non fiat vel caveatur; igitur quantumcumque parum ratio inordinate moveretur, magnus contemptus  
15 iudicaretur et ita pro mortali imputaretur.

5 Praeterea, de perfectione praedictae iustitiae originalis et status innocentiae fuit quod 'quamdiu humana ratio fuisset subdita Deo, tamdiu vires inferiores fuissent subditae ipsi rationi'<sup>4</sup>; ad hoc igitur quod aliqua fieret deordinatio in viribus inferioribus, oporteret necessario  
20 quod prius fieret deordinatio in superiori ratione per elongationem et recessum a fine ultimo, et hoc immediate, – et hoc est peccare mortaliter.

6 Praeterea, in statu innocentiae nulla penitus potuit esse poena, alioquin poena praecederet culpam; sed cuilibet peccato, sive veniali sive mortali, debetur aliqua poena<sup>5</sup>; igitur quodcumque fuisset primum  
25 peccatum, per illud cecidisset<sup>6</sup> a statu innocentiae; sed hoc non posset esse nisi per mortale; igitur etc.

---

9 Praeterea] *comp. (alibique inferius)* F 19 deordinatio *rep. post* Deo (17) F<sup>+</sup>

T

<sup>1</sup> Shvati: totam virtutem animae. Usp. prijē d. 19 n. 27, gdje se citira Toma.

<sup>2</sup> Usp. Toma, *Summa theol.* I–II. q. 89 a. 3 in corp. (ed. Leon. VII.143b); *De malo* q. 7 a. 7 in corp. (XXIII.178a); Bonav., *Sent.* II. d. 21 a. 3 q. 1 in corp. (II.505a).

<sup>3</sup> Usp. prijē d. 19 n. 29, gdje donosi opinije Alexandra Hal. i Bonaventure; vidi takodjer Rikard od Mediaville, *Sent.* II. d. 24 princ. 1 in corp. (II, f. 95va).

<sup>4</sup> Toma, *Summa theol.* q. 95 a. 1 in corp. (ed. Leon. V.420b); cf. etiam I–II q. 89 a. 3 in corp. (VII 143b).

<sup>5</sup> Usp. Toma, *Summa theol.* I–II. q. 89 a. 3 arg. in opp. (ed. Leon. VII.143a); vidi takodjer Duns Scot, *Lect.* II d. 21 n. 5 (XIX. 199).

<sup>6</sup> tj. homo.

[DISTINCTIO  
VIGESIMA SECUNDA  
QUAESTIO UNICA

QUOD FUIT PECCATUM PRIMORUM PARENTUM]

5 "Hic videtur diligenter investigandum esse quae fuerat origo et radix illius peccati".

1 (f. 149va) Distinctio vigesima secunda, in qua principaliter agit Magister<sup>1</sup> de peccato primorum parentum et eius radice. Circa quam quaeritur communiter quod fuit peccatum primorum parentum.

10 2 Ad quod communiter dicitur quod primum peccatum fuit superbia.

3 Circa quod est sciendum quod etsi "quandoque contingat in uno actu plurium peccatorum deformitates inveniri, illa tamen deformitas principalior est et formalior, complens speciem peccati, quae ex  
15 principali motivo relinquitur in quod ordinantur alia, quia finis est id quod primo cadit in voluntate, ex qua est origo peccati, et ex fine actus

---

7 adnot. Distinctio 22 F<sup>1</sup>

F

10 Ovo je zastupala većina srednjovjekovnih učitelja. Primjerice vidi P. Lombard, *Sent.* II. d. 22 c. 1-2 (SB IV 440-441); Aleksandar Hal., *Summa theol.* II-II, n. 193 in corp. et ad 1 (III 205b); Bonav., *Sent.* II. d. 22 a. 1 q. 1 in corp. (II.517a); Toma, *Sent.* II. d. 22 q. 1 q. 1 in corp. (ed. Parmen. VI. 578b); P. Tarantasija [Inocent V], *Sent.* II. d. 22 q. 1 in corp. (II.186b); Rikard od Mediaville, *Sent.* II. d. 22 princ. 1 q. 1 a. 1 in corp. (II.201ab).

T

1 Usp. P. Lombard, *Sent.* II. d. 22 (SB IV 439-447).

morales specificantur, dicente Philosopho, in V *Ethicorum*, quod si aliquis moechatur ut accipiat lucrum, magis avarus vel iniustus est quam moechus"<sup>1</sup>.

4 "Secundum hoc igitur dico quod", cum omnia peccata quibus  
5 homo primo peccavit seu potius "omnes deformitates quae in peccato  
primi hominis apparuerunt, ordinabantur ad finem propriae excellentiae  
consequendae, sicut praetendit promissio diaboli quae ad peccatum  
instigavit (dixit enim Gen. 3: *Eritis sicut dii*)"<sup>2</sup>, "et appetitus propriae  
10 excellentiae est superbia, – patet igitur quod primum peccatum fuit su-  
perbia. Quam immediate secuta est curiositas sciendi, quae a quibus-  
dam comprehenditur sub generali avaritia; et post hoc, per inordinatum  
appetitum esus ligni vetiti, secuta est gula, et in comestione specialis  
inobedientia"<sup>3</sup>.

5 Et huic ordini optime corespondet Scriptura, quae, postquam  
'exprimit promissionem excellentiae *eritis sicut dii*, in quo notatur ap-  
petitus excellentiae et superbia; secundo exprimit promissionem scientiae  
cum dicitur *scientes bonum et malum*, in quo intelligitur curiositas  
noxia"<sup>4</sup>; "tertio exprimit Scriptura aspectum ligni vetiti dicens: *Vidit  
igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum*, in quo datur in-  
15 telligi inordinatus appetitus cibi, quae est gula; quarto exprimit ipsam  
comestionem cum dicit: *Et tulit de fructu eius et comedit*, in quo con-  
20 sumpta est mulieris inobedientia"<sup>5</sup>.

---

8 instigavit] investigavit F<sup>+</sup>(in ras. ) 14 quae] qui F

F

1 – 3 Aristotel, *Eth. Nic.* V c. 4 (AL XXVI<sup>3</sup> 229; E c. 4, 1130a 24–28).

8 Post 3, 5.

15 i 17 Isti.

18 – 21 Post 5, 6.

T

1 Toma, *Sent.* II.d. 22 q. 1 a. 1 in corp. (ed. Parmen. VL578b ), skoro doslovno.

2 Isti.

3 Rikard od Mediaville, *Sent.* II.d. 22 princ. 1 q. 1 in corp. (II, f. 88vab ), skoro doslovno.

4 Isti.

5 Isti.